

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Auszüge, Abschriften und Originalbeiträge zur Gelehrten-, Kirchen- und politischen Geschichte bes. der Pfalz - Cod. Karlsruhe 576

Schmidt, Wilhelm Joh.

[S.l.], [17. bis 19. Jahrh.]

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-326150](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326150)

Si privatis Palatinorum limilibus circum-
 scriberetur sermo inauguralis, primo statim
 limine laudandi ^{omnes} essent viri in literatura
 Orientali Biblica exercitatissimi, Munsterus,
Widmannstadius, Tremellius, Rüdgerus Speij,
H. Stephanus, Bertramus, Kirstenius, Nisse-
lius, Knorr a Rosenroth, Hollingeri, Senior
 nempe ex seculo præterlapso, et junior ex
 recentiori ævo, et tandem Brüningius,
 qui eodem, quo in terris vivere desiit, die
 ultimam antiquitatibus Hebræorum sacris
 imposuit manum.

Sed ad altiora tendimus. Non tantum cum
 nobili a Riesmana Principum Palatinorum
 erga literas favorem, ~~veneramus~~, sed in
 primis eorundem Principum benevolam
 in studia Orientalia animum veneramus.

S. 2.

Bibliotheca quondam Palatina ab infan-
 sum jubeor renovare dolorem, Bibliotheca
 inquam Heidelbergensis, omnium ferme Bibliote-
 carum in Germania mater, et ingens solius
 olim Europa gloria, variis et splendidis rerum
 Orientalium exornata erat spoliis, Othonis
Henrici et Friderici III. auctoritate, sed ingenti
 simul ære undique conquisitis, Fridericus III. Tremellius
 et Junio subministravit subsidia optima, quæ operi

Biblico conficiendo necessaria erant, et imprimis
Bibliotheca sua polissimum כימיהא, augustissi-
mum et antiquissimum codicem Hebraum Mscriptum
cujus tanta fuit apud Iudaeos veneratio, ut Worma-
tienses ad eum videndum admissi, teste Allingio,
in genua procubuerint, eumque deosculati sint
ingentem auri vim pollicenti, si sua Synago-
ga usibus concederetur. Ex quo praestantissimo
codice variantes non ita pridem lectiones Romae
collegit, et in Angliam ad cel. Kenicollum transmisit
Sodis. Brund, ipsissimus ille qui Palatinum quor-
Livii fragmentum in Bibliotheca Palati Vaticana
invenit, et novissime in dias luminis auras
emisit.

S. 3.

Sub Ludovico VI. de palma orientali certant
Rudg. Speij et Jac. Christmannus, nec hactenus inter
Eruditos constat, cui competat. His summis saltem
debemus prima in tota Germania scripta, Typis
Arabicis in Heidelbergae et Neostadii edita
Rudg. Speij obscura lateret nocte, nisi tanti viri
memoriam posteritati novissime comendassent
Chrjstianus Blaufusius et imprimis Histius in Bibl.
orientali. Vivit Itaque Rudg. Speij in Epistola
Arabica ad Galatas Arabica edita et Ludovico
VI. Palatino dedicata. In qua ^{dedicatione} ^{optimo} ^{Electori}
condilia de novo Testamento ^{in gratia Turcarum} Arabice edendo supp-
sidavit. Iudaei pro ratione illius temporis conatus.

Sed transeamus ad Fredericum IV. maximum
 literarum Orientalium Patronum. Academica
 Linguae Arabicae tractatio jam sub Clemente V. Pon-
 tifice in Concilio Vienensi, ac postea in Concilio
 quoque Basiliensi inculcata erat, sed optimo con-
 silio ~~et~~ haecenus defuere executores. Haec gloria
 relicta erat Frederico IV. qui in Germaniam pri-
 mam Professorem Linguae Arabicae Heidelbergensibus
 sedit, cui nempe Jacobum Christmannum, qui novam
 istam Spracham egregie exornantem. Item Frederi-
 cus in prima juventute Davidis Parei donum
 Bibliae nempe Germanicae, Neostadii edita, non
 tantum benevole amplexus est, sed etiam ~~Bibliae~~
~~Polyglottis Antverpiensis~~ statim praestantissimum
 donum, Biblia Polyglotta Antverpiensia Parei
 tradidit. Qua de re optimus iste senex ita
 cecinit:

Teutonica solum lingua, mea dono tulisti

Bibliae Clementi, Dux Frederice manu:

Magnifice octavo compacta volumine: Graecis,
 Aromaticis, Latine evariata notis.

Regium opus: Signumque Augusto Principe munus,
 Et majus, quanto major es ipse, meo.

Quas igitur tanto referam pro munere grates?

Nempe dabo dandi quod tibi causa fuit.

Intima rimabor mysteria: doctior inde

Cuncta Dei impendam laudibus atque tuis.

Jam tibi decurrant venientes molliter anni;

Et tua supra omnes gloria crescat avos.

S. 5.

Hujus Frederici Nepos, Carolus Ludovicus, amore
~~Literarum~~ Literarum Orientalium ductus, renascentia
post bellum tricenale universitatibus varia et multa
egregia documenta Orientalia ~~obtulit~~, et maxime
inprimis regia volumina, Biblia Regia Parisien-
sis et Londinensis, regia plane munificentia oblu-
it, usumque singularum facultatum Professoribus
masculo ^{ore} vere lacteo Generosissimi Juvenis, excellent.
Baronis de Seltz, ~~comendabat~~, Theologisque inde maxi-
me ~~in eo~~ teste Spontemio inculcabat, sepositis et
compositis vicis, spirare unam pacem, unamque
charitatem.

S. 6.

Et sic ordine temporis deducti sumus ad fere-
nissimam Principem Palatinam, ad eruditissimam
Elisabetham ~~forem~~ ^{eruditissimam} ~~forem~~ ^{forem} Caroli Ludovici, cujus
ingenium ~~plane~~ ^{non tantum} Philosophicum ex Epistolis ad
Cartesium satis ~~cognoscimus~~, sed ex Cocceji
quoque Epistolis eruditionem Theologicam
atque Philologicam ~~miramur~~ ^{et} cognoscimus
~~et miramur~~ Eodem fere tempore Charolla
Eleonora, serenissima Simerensis vidua, aman-
tissimis ad Coccejum literis urgebat, Legion
Hebraicum, quo procul dubio coreret orbis
litteratus, nisi tanta ad perficiendam opus
~~et~~ auctoritate excitatus et quasi coactus fuisset
Coccejus, qui propterea ~~jure meritoque~~ ^{supra}
~~dem istud~~ in praefatione jure meritoque scribit:
Non potui non admirari in celsissima Principe
tam pulchram et generosam vigilationem, et
amorem sacrorum literarum tam rarum.

ideoque eam Principis flagitationem
pro Divino imperio accepi. Audiamus quoque
Joanem Van Dalen ita contentem:

Magnas magna decant. Quid majus, foemina, Princeps
Si fludet e lingua Principe nosse Deum?
Et cel. Hundius in carmine objecto Subitane,
an major ex isto opere gloria in Cocejum
an in Sereniss. Principem Serenensem rethundet?
sequens adjevit versus:
Quid prius, ut celebrem; Sobolem, Sobolisque Parentem;
In qua consilii et causa laboris erat?
Foemina dux facti, dignissima laude, simulque
Laudat opus Patrem, tum, Pater ipsus, opus.

S. 7.

Nostri quoque aetate Serenissimus Aque
Potentissimus noster, Elector, ^{post cum Schöppfido} Carolus Theodor
rus, Medarum Rhenensium Stator, Palati-
narum restaurator, omnium cultor, bene-
volum erga S. literas et res orientales ani-
mum non nullis et causis documentis
probatum desit. Serena fronte aspexit
Novum Testamentum Hermani Goldstagen S. J.
et Professoris Moguntini introductionem in
Nov. Test. quam obtuleral Herm. Goldstagen
S. J. et Prof. Moguntinus. Electoralis Bibliotheca continet
Bibliis Polyglottis aliisque codicibus et scriptis
Orientalibus superbit, sed et optimus Princeps
sumus Kenicotiani operis Biblici patronus est
atque Promotor. Tantum Principem, in Deo nobis
salutem, Deus vobis in republicis nostris conseruet.

